



Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Qualis copula Affinitatem pariat? parag. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

stea copulam habeat committere incestum speciatim in Confessione aperiendum. At vero, si copulam, postea habeat cum consanguinitate dictæ Marie in gradibus remotioribus, hoc est in tertio, & quarto, illicite quidem, ut ex e pater, faciet, sed non contrahet conjunctionem cum dicitæ Maria, & consequenter, neque incurrit impedimentum diuimens Matrimoniū, fortè contrahendū cum illa, ut figuratē declaravit Pius Quintus; & unde, nec ad Domini peccabit peccato incestus, sicuti recte notavit num 1557 b Sanchez, quare, nec speciatim, ut incestum Declarat. in Confessione explicandum, quia in copula Cardi. ap. illicita (ut nimis sapienter dictum est) Tridenti Pont. li. 7 num abstulit ab his remotioribus gradibus matr. d. 33 contractionem impedimenti, &c.

a Pius V. num. 6. Vides ergo diversitatem, præsertim illam de Incestu? Titius enim cognoscendo conlib. 7. mat. sanguineas Bertæ uxoris suæ in remotioribus d. 67. n. 7. illis gradibus, committit incestum. Idem vero Titius cognoscendo consanguineas dictæ Mariæ sibi extraneas, sed jam unitas per copulam illicitem, cognoscendo, inquam, eas, quæ Mariæ sunt conjunctæ in primo, & secundo gradu, committit quidem incestum, sed cognoscendo eas, quæ eidem Mariæ sunt conjunctæ in tertio, & quarto incestum non committit.

4. Dixi autem num. 2. (petere licet non potest) potest enim immo, & debet reddere, ne ex peccato unius conjugis patiatur damnum alter. Nam propterea, si, & alter consenserit ad prædictum incestum, etiam, & ipse petere non poterit, ut explicatus ali-

c L. 7. in Det l.c. 4. scri. 12. §. 2. n. pre- 5. Tria tunc exciderunt, quæ te ignorare non convenit. Primum, d' excusari ab hac d Sanchez. 1.7 pœna non valendi petere debitum à suo con- d. 31. nu. 1. judge, mulierem, quæ præcisa vi oppressa Pont. l. 10. fuit à consanguineo sui viri, quia tunc cum c. 7. nu. 6. culpam non committat mulier, non meretur aliiq. pœnam, esto naturaliter oriatur affinitas. Se- e Pont. l. c. cundum, tandem excusationem concedi e Bonac. de probabilitate nonnullis, si ex metu gravi, si- mat. q. 4. ve mulier, sive vir cogatur similem incestum p. 2. n. 5. committere. Nam quamvis tunc peccent, Ave. q. 17. Ecclesia tamen non videtur tunc illum, vel met. jec. 3. illam castigare tanta pœna velle. Tertium, Ver. Quod probabilitate etiam à nonnullis concedi can- si. fem. con- dem excusationem, si adsit ignorantia, sive tri. ap. 6 facti, sive juris, sive pœna dummodo non sit Pontium. affectata, vel liberius dicti conjuges peccent,

id quod clarè docet f Sanchez. De his tri. f Sanchez. Lege Dian. p. 11. Tr. 5. R. 38. d. 31. d. 45.

§. IV.

Qualis copula Affinitatem paret.

I. **Q**uoniam copula radix est prædictæ Affinitatis, ideò maximè hic explicari solet, qualis esse debeat copula, ut ex illa certa Affinitas oriatur. Dico, hac in renum esse certum, incerta duo: Ceterum est, nequaquam sufficere actus quantumcumque turpes esse, sed requiri copulam consummatam intra vas feminæ, ubi effundatur semen.

2. Hinc non consurgit hoc impedimentum ex copula sodomitica, nec ex copula cum mortua, nec ex effusione seminis omnino extra vas, nec ex congreſu spadonum, qui verum semen non emitunt, nec, ut declaravit Pius Quintus ex Matrimonio rato non consummato (ex illo tamen oriti impedimentum publicæ honestatis, ne obliuiscaris.)

3. Contra, g consurgit ex copula habitationum dormiente, cum Ebria, cum insana, cum invita, cum coacta, cum ignorantia, sive ius sive factum; tunc enim vera fit seminum commixtio, & fit unum principium generationis.

4. Atque hic nota diligenter differentiam, nam nunc docemus, oriti Affinitates à copula, etiam vi, vel metu habita: At paulo ante in §. præced. numer. 6. docuius ex copula vi, metu, &c. Habita, non oriti pœnam non valendi petere debitum: quæ duo, quia sunt valde diversa, ideò valde notanda. Prior h. Pont. 1.7. enim est ante contractum Matrimonium; posterior vero est post illud jam legitimè celebratur.

5. Jam vero, incertum est Primò. An oriatur Affinitas, si semen emitatur extra vas, sed illud sibi matrix attrahat, vel, si aliqua tandem arte, etiam ope Dæmonis, intra vas mulieris intromittatur. Negat Pontius, h. Ver. 17. s. 2. affirmat cum communi Sanchez, i. & merito, jam enim sic adest verissima seminum commixtio.

6. Incertum est Secundò. An prædicta G. Hor. 1.7. Affinitas oriatur, si intromisso semine viri, 20. de ma mulier suum semen feminineum non emittat, diff. 1. n. 1. quod

quod aliquando in formina frigidiore fertur,
posse contingere?

Respondeo, quamvis debeat semper praesumti, fœminam eriam, & ipsam scminasse, unde, nisi evidenter in contrarium constet, in praxi sum in foro fori, tum in foro conscientiae est pronunciandum. Affinitatem esse contractam, tamen pro cotaro casu, qui posset contingere, duæ sunt sententiae,

a *Perezl.* 7. Non oriri tunc Affinitatem, docet *Perezl.*, & aliisque, & novissime Verricelli. b c.m. 5.G. Ratio principalior est, quia ex Medicorum *Hurt. i.e.* sententia ad generationem requiritur necessaria fœminum. Quando igitur hoc abest, cum vir, & mulier non possint fieri, dubitatur unum principium generationis, quod est tamen radix Affinitatis, ipsa Affinitas oriri non b *Verr. tr.* potest.

4. q.mor. 8. Oriri tunc Affinitatem, docet Sanchez 27. scđ. 10.c aliique, quia hi probabilius putant, non c *Sanc. i.e.* esse necessarium ad generationem fœminum. Ponendum semen, esto adjuver. Quare sine hoc tamen 7.c. poterunt vir, & mulier fieri unum principium 13.n. 2. generationis.

9. Utraque sententia est probabilis, ut d *Sanc. i.e.* facetur idem Sanchez; d & in simili iterum, n. 19. dicetur à nobis aliquanto e inferius.

c *Infra Tr.* 3.4.7.n.5.

CAPUT XIII.

Impedimentum XVII.

Impotentia.

s. I.

Quid, & quotuplex sit?

1. Impotentia coeundi, seu inhabilitas ad consummandam copulam (quam Sacri Canones frigiditatem appellant) est impedimentum dirimens Matrimonium maleficar. contrahendum, idque jure naturæ, quia, si impotens es ad actum conjugalem, de jure nature est, ut non possis tradere tuum corpus ad actum illum impossibilem. Quare, sive tu scias, sive tu necias potentiam, si tamen verè impotens sis, impedimento eris affectus, & consequenter ineptus ad Matrimonium.

2. Dixi autem Primo,) Impotentia coeundi nam impotentia generandi (quam scribi-

litatem appellamus) impedimentum non est dirimens; tunc enim, si haberet nequit g *Sanc. i.e.* primarius finis Matrimonii, nempe pro his d. 97 n. 26 generatio, habetur tamen secundarius, qui est remedium concupiscentiae. Potissimum, quia jam adest immediatè potestas perficiendi copulam, esto absit, quasi per accidens effectus copulae; id est, proles. Nam propter ea, potest Maritus commisceri cum uxore vicina partu, quamvis sine effectu novæ proliis, &c.

3. Dixi item (*Dirimens Matrimonium contrahendum*) nam impotentia superveniens Matrimonio jam contracto, sive consummato, sive rato, illud non dirimit. An vero tunc licet hujus Matrimonii usus, dicemus §. quinto.

4. Impotentia autem hæc tunc certò adest, quando aliquid h ex his tribus certò de- h *Sanc. I. 7.* est, ut scilicet deest Potentia ad penetratio- d. 29. per nem vasis, vel Potentia ad emitendum ve- totum, & rum semen, vel Potentia ad illud emitten- d. 107. dum intra vas, neque enim sufficit, si emittatur extra vas, quamvis in ejus ore. Lege i. c. 60. n. 3. Hurtadum.

5. Hæc autem certitudo potest esse, vel d. 22. diff. certa, & evidens physice, (ut, si vir amputata habeat virilia, aut omnino arida) vel i. G. Hurtadum, seu valde verosimiliter evidens, (quo l.c. pacto dicetur certa moraliter) ut si mem- brum virile sit aliquantum aridum vel fœmina sit ita arcta, ut valde probabiliten non possit incisione, vel alio remedio adjuva- ri. Quando autem adhuc indicia probabili- liter indicantia impotentiam, ita ut oppo- situm probabilitatem nullam habeat, dici- tur certò moraliter adesse impotentia. Nos hanc probabilitatem vocabimus deinceps ve- ram probabilitatem, vel ut dixi certitudinem moralem.

6. Quando hæc certitudo, sive physica, sive moralis non adest, tunc profectò im- potentia erit dubia, idque tunc est, quando indicia ad prædictam certitudinem physi- cam, vel moralē non attingunt. Quare, quando potentia est probabiliter, ut etiam oppositum, id est, impotentia sit probabilis, inter dubias connumera in hac materia, quia, cum tunc deficiat à certitudine physica, vel morali, incerta censenda est in tanto negotio pertinente ad Matrimonium. Quoniam ergo ejusmodi impotentia, vel est perpetua, vel tem-